Cum agris pratis et omnibus ac singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentijs et pertinentijs cunctisque commoditatibus nullis penitus exceptis in summa decem sexagenarum poll. hinc ad exemptionem obligavit et invadiavit Cuiquam ex nunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem Regni Generalem et Nobiles duos possessionibus offeret, acceptandam dedit et admittit Pacemque tuitionem et evictionem ab omni impedimento iuridico quamvis personarum propinquarum et remotarum cavet sub vadio simili aliarum decem sexagenarum poll. Et Coram officio praesenti Castrensi Braslaviensi in primo termino iudicialiter tam pro poena quam perscriptione permonitionem sui ac satisfactione sine ulla dilatione dilatoria ne appellatione diffugio quovis ac exceptione.

Zupianka Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Braslavien. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Alberti Zupienski de Zupianka antiqua haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Recognovit Quia sibi Nobilis Jacobus Zupienski frater suus ex obligatione bonorum immobilium in haereditate Zupianka antiqua ... olim ... suo per Nobilem Gregorium olim Joannis Zupienski in decem sexagenis poll. inscripta et per eundem Gregorium ipsi Jacobo perpetuo inscripta quartam pro interesse suo spectat eundem ... ius suum perpetuum quinque sexagenis poll. persolvit idcirco ipsum quietat et de bonis uti legitimo iuris quaesitori Condescendit.

Brzozowo Intromissio.

Ministerialis Regni Generalis Providus Siersky ... una cum Nobilibus Alberto et Sebastiano Brzozowskie Coram officio praesenti Castrensi Capitaneali Braslaviensi personaliter stans publice Recognovit Quia die secunda ante festum Visitationis Gloriosae Virginis Mariae ... Nobilem Bartholomeum Brzozowski fratrem suum germanum in totam et integram sortem suam bonorum nobilium et immobilium in haereditate Brzozowo existentium per se recognoscentem a diversis personis iure perpetuo acquisitam et quovis modo ac iure titulo et obligatorio in ... agris pratis campis sylvis ipsique Nobili Gregorium olim Christophori Brzozowski modo perpetuae donationis inscriptam generaliterque in cunctis utilitatibus et attinentijs iuxta latiorem eiusmodi inscriptionis contentam ex libera admissione eiusdem Gregorij Brzozowski nemineque alio tam in bonis quam hic circa acta impugnante intromisit et investivit et in pacificam possessionem realiter dedit per Rel. ...

Olszewski Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Braslavien. personaliter comparens Nobilis ... Minarski de Pietrzykowo sanus mente et corpore existens palam ac libere Recognovit Quia sibi Nobilis Nicolaus olim ... Olszewski Centum florenos poll. debiti

uni-